Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



16

significat. Augustinus uero tractatu sup
iohem libro decimo. Ipsis templi resolu
cionem. et reedificationem anniuersaria
sollempnitate celebrauimus. ad quam
nos exhortam ut p̄paretis uos siqui ca
tecumini estis ut accipiatis gram. Iam
nunc tempus est. ia parturiat. qd tunc
nascat. Ego illud nouimus. si forte hoc
exigit. a nobis utrum habeat ali qd sacra
mentum. xl vi. annis edificatum templi.
Sunt quidem multa que hinc dici pos
sunt. si qd breuit dici potest. et facile in
telligi. hoc interim dicimus. Diximus
ia nisi fallor hesterno die. ad. a. unum
hominem fuisse. et ipsum esse totum genus
humanum. nam ita dicimus si meministi
quasi fractus est. et sparsus colligit. et
quasi conflat. in una societate. atq;
concordia spiritali. et gemit unus
pauper modo ipse ada. si in xpo. in no
uat. qua sine peccato uenit ada. ut
peccata ade soluerit in carne sua. et
redintegrarit sibi ada. in imagine di.
Ada. q. caro xpi. Beata. q. templum qd des
truxerit iudei. et resuscitauit triduo.
Resuscitauit enim carnem suam. Et post
pauca. Qd. q. significat numerus qua
dragenarius. senarius. Interim ipse ada
quia p totum orbem terrarum est. audistis
ia hesterno die de quatuor litteris gre
cis quatuor uerborum grecorum. Si enim ista
uerba quatuor scribas sub inuicem id est
nomina quatuor partium mundi. ori
entis occidentis. aquilonis. et meridia
ni qd est tot orbis. Vnde die dns aqua
tuor uentis collecturum se electos
suos cum uenerit ad iudicium. Si q. facies
ista quatuor nomina sua. anatholem
qd est orientis. dysis qd est occidentis. arctos
qd est septentrionis. mesimbrium qd est meridiei.
anatholem. dysis. arctos. mesymbrium.
capita uerborum ada habent. Quorum
q. ibi nouum quadragenarium est senia
rium numerum. Quia caro xpi deada
erat. Et iterum post pauca. Iam uidete
iste litteras que numerum habeant. et
ibi inuenietis xl. et sex annis edifica
tum templum. Habet enim ada. alfa qd est
unum habet. et detta. qd est quatuor.
Habes. v. habet iterum alfa qd est i. Habes
sex. habes my. qd est xl. habes. xl v i. Quo
rum nos compagnari oportet corpori
xpi qd assumpsit. ide insequentibus os
tendit. nos secum inquiens in humili
tate cordis semp ut gaudium penes
ipsum sit. Qui ita autem uti cantores ad
monent in memorata feria. ipse
est in humilitate cordis ipsi dicunt.
In mutem habitum in cinere et cilicio
leniemus et ploremus ante dnm. Compos
tor officii nri iuxta admonitionem suam
uult circumnos agi. Si quis intrauit in
scola disciplinae xpianae quarta feria
non est bonum ut egrediatur nisi post victoriam.
Quia intrauimus. quando celebrauimus
officia constituta. bonum est ut in capite
nro in die resurrectionis triumphemus.
Ante quam sci augustinum denumero me
morato disputaret. exhortat est cate
cumenos ut se p̄pararent ad sollempni
tatem paschale. Petrus apls ostendit
quomodo se debeant p̄parare dicens peni
tentiam agite et baptizetur unusquisq;
uestrum in nomine dni nri ihu xpi. in